

nativitatis Domini dicitur ¹⁾, dominice passioni deputatur evangelice ^{a)} veritati atque ecclesie, que Dominum in 14. luna, 1. mensis ²⁾, id est in Pascha Iudeorum, feria 5., traditum asserunt et feria 6., parasceve luna 15. crucifixum, necnon martirologio sancti Hironimi ^{b)} ³⁾, quod in 6. Kal. Apr. ⁴⁾ eum resurrexisse ostendit. Nichil horum habentes contradicant, quod cum magno labore partim magistra ^{c)} auctoritate, partim ratione ducente vix tandem consecutus sum. Si sit in hac, qua datur caritate, qui accipiat, devotus offero ea conditione, ut si placeat, Deo gratias referat ^{d)}; sin autem me dente canino rodere ⁵⁾ desinat ^{e)}, presertim cum nil suadeam, quod aut auctoritate aut ratione non probetur.

Resurrectionis itaque Christi tres ^{f)} opiniones traduntur; sed que sit harum verax, dubie vel numquam posse fertur quemquam scripsisse ^{g)}.

Unde et ^{h)} sanctus Beda contestatur dicens ⁶⁾: *Ubi autem dominice resurrectionis dies primus fuerit, varie refertur: quidam enim 8. Kal.⁷⁾ Apr., alii 6.⁸⁾, nonnulli 5. Kal. earundem die fuisse adseverant ⁱ⁾. Ubi notandum est, quia si 8. Kal. memoratarum, ut antiquiores ⁹⁾ scripsere, resurrectio Domini facta est, 5. profecto circuli decennovennalis tunc agebatur annus habens concurrentes 7 ¹⁰⁾ et lunam 14., ut semper 11.*

a) evangelica V. b) Ieronimi L. c) magistrata V. d) refferat V.
e) dissinat V. f) tris V. g) conscripsisse V. h) etiam V. i) asseverant L.

¹⁾ Die mittelalterlichen Zyklentafeln beginnen immer im Jahr vor Christi Geburt — wohl mit Rücksicht auf die Annunziation; daher fällt die Inkarnation in das 2. Jahr des großen Zyklus (vgl. hierzu die Ostertafeln Migne, PL. 90, 825 und 859/60).

²⁾ Obgleich das bürgerliche jüdische Jahr im Herbst begann, wurde der 1. Frühlingsmonat als I. mensis im Festjahr bezeichnet; vgl. Piper, Kgl.-Preuß. Staatskalender 1856, S. 8.

³⁾ Vgl. das sogen. Mart. Hieron. vetust. zum 25. bzw. 27. III. (Migne, PL. 30, 449), entspr. Augustin, De trinitate 4, 5 (Migne, PL. 42, 894). Dieses Datum ist schon im sogen. Kölner Prolog belegt (ed. Krusch, Studien 1, 230 f., c. 4) sowie bei Hilarian (Expos. de die Paschae et mensis c. 15, Migne, PL. 13, 1114).

⁴⁾ 27. März.

⁵⁾ Hieron. Ep. 50, 1, CSEL. 54, 1, 388.

⁶⁾ Beda DTR c. 61, ed. Jones S. 283.

⁷⁾ 25., 27. oder 28. März.

⁸⁾ Zeugnisse für die in der abendländischen Kirche übliche Auffassung, Christus sei am 27. oder 28. März auferstanden, stellt aus der älteren Literatur Jones, Bedae opp. de temp., S. 283 Anm. 53/54 und S. 389 Anm. LXI, 53, zusammen.

⁹⁾ Mit den antiquiores ist die griechisch-orientalische Auffassung gemeint.

¹⁰⁾ Die concurrentes bezeichnen jeweils den Wochentag, auf den der 24. III. fällt. In einem Jahr, in dem Ostern auf den 25. III. trifft, muß der 24. III. ein Samstag sein, d. h. das Jahr hat 7 concurrentes.